



CORPUS THOMISTICUM

<http://www.corpusthomisticum.org/ori.html>

Sancti Thomae de Aquino Epistola ad ducissam Brabantiae.

[Textum Taurini 1954 editum
ac automato translatum a Roberto Busa SJ in taenias magneticas
denuo recognovit Enrique Alarcón atque instruxit].

Prooemium

Excellentiae vestrae recepi litteras, ex quibus et piam sollicitudinem circa regimen subditorum vestrorum, et devotam dilectionem quam habetis ad fratres nostri ordinis plenarie intellexi, Deo gratias agens qui vestro cordi tantarum virtutum semina inspiravit. Quod tamen in eisdem a me requirebatis litteris ut vobis super quibusdam articulis responderem, utique mihi difficile fuit: tum propter occupationes meas, quas requirit operatio lectionis, tum quia mihi placeret ut super his requireretis aliorum consilium magis in talibus peritorum. Verum quia indecens reputavi ut vestrae sollicitudini negligens coadiutor inveniatur, aut dilectioni ingratus existam, super propositis articulis vobis ad praesens respondere curavi absque praeiudicio sententiae melioris.

Articulus 1

**Primo ergo vestra requirebat excellentia, si liceat vobis aliquo tempore,
et quo exactionem facere in Iudaeos.**

Ad quam quaestionem sic absolute propositam responderi potest, quia licet, ut iura dicunt, Iudaei merito culpae suae sint vel essent perpetuae servituti addicti, et sic eorum res terrarum domini possint accipere tanquam suas, hoc tamen servato moderamine, ut necessaria vitae subsidia eis nullatenus subtrahantur; quia tamen oportet nos honeste ambulare etiam ad eos qui foris sunt, ne nomen domini blasphemetur, et apostolus fideles admonet suo exemplo, *ut sine offensione simus Iudaeis, et gentibus et Ecclesiae Dei*; hoc servandum videtur ut, sicut iura determinant, ab eis coacta servitia non exigantur quae ipsi praeterito tempore facere non consueverunt, quia ea quae sunt insolita magis solent animos hominum perturbare.

Secundum igitur huiusmodi moderationis sententiam potestis secundum consuetudinem praedecessorum vestrorum exactionem in Iudaeos facere, si tamen aliud non obsistat. Videtur autem, quantum coniecere potui ex his quae

consequenter inquiritis, circa hoc dubitatio vestra augeri quod Iudaei terrae vestrae nihil videntur habere nisi quod acquisierunt per usurariam pravitatem: unde consequenter quaeritis si liceat aliquid ab eis exigere, cum restituenda sint sic extorta.

Super hoc ergo sic respondendum videtur, quod cum ea quae Iudaei per usuras ab aliis extorserunt non possint licite retinere, consequens est ut, si etiam vos haec acceperitis ab eis, non possetis licite retinere, nisi forsan essent talia quae a vobis vel antecessoribus vestris hactenus extorsissent. Si qua vero habent quae extorserunt ab aliis, haec ab eis exacta illis debetis restituere quibus Iudaei restituere tenebantur: unde si inveniuntur certae personae a quibus extorserunt usuras, debet eis restitui, alioquin debet in pios usus secundum consilium dioecesani episcopi et aliorum proborum, vel etiam in communem utilitatem terrae, si necessitas immineat vel exposcat communis utilitas, erogari. Nec esset illicitum si a Iudaeis exigeretis talia de novo, servata consuetudine praedecessorum vestrorum, hac intentione ut in praedictos usus expenderentur.

Articulus 2

Secundo vero requirebatis, si peccaverit Iudaeus, utrum sit poena pecuniaria puniendus, cum nihil habeat praeter usuras.

Respondendum videtur secundum praedicta quod expedit eum pecuniaria poena puniri, ne ex sua iniquitate commodum reportet. Videtur etiam mihi quod esset maiori poena puniendus Iudaeus, vel quicumque alius usurarius, quam aliquis alius, quantum pecunia quae aufertur ei minus ad eum noscitur pertinere. Potest etiam pecuniariae alia poena superaddi, ne hoc solum ad poenam sufficere videatur quod pecuniam aliis debitam desinit possidere. Pecunia autem poenae nomine ab usurariis ablata retineri non potest, sed in usus praedictos debet expendi, si nihil aliud habeant quam usuras.

Si vero dicatur quod ex hoc principes terrarum damnificantur, hoc damnum sibi imputent, utpote ex negligentia eorum proveniens. Melius enim esset ut Iudaeos laborare compellerent ad proprium victum lucrandum, sicut in partibus Italiae faciunt, quam quod otiosi viventes solis usuris ditentur, et sic eorum domini suis redditibus defraudentur. Ita enim et per suam culpam principes defraudarentur redditibus propriis, si permetterent suos subditos ex solo latrocinio vel furto lucrari. Tenerentur nam ad restitutionem eius quodcumque ab eis exigerent.

Articulus 3

Tertio quaerebatur, si ultro offerant pecuniam vel aliquod encenium, an recipere liceat.

Ad quod respondendum videtur quod licet recipere, sed expedit quod sic acceptum reddatur his quibus debetur, vel aliter, ut supra dictum est, expendatur, si nihil aliud habeant quam usuras.

Articulus 4

Quarto quaeritur, si plus accipitur a Iudaeo quam ab eo Christiani requirant, quid sit de residuo faciendum.

Ad quod patet responsio ex iam dictis. Quod enim Christiani minus requirunt, potest esse propter duo. Vel quia forte Iudaeus aliquid habebat praeter usurarium lucrum, et in tali casu licet vobis illud retinere servato moderamine supradicto; et idem videtur dicendum si illi extorserint usuras eis qui postea bona voluntate donaverunt, cum tamen Iudaei prompte se offerrent ad restituendum usuras. Vel potest contingere quod illi a quibus acceperunt, sunt sublati de medio vel per mortem vel in terris aliis morantes: et tunc ipsi debent restituere. Si tamen non apparent certae personae quibus restituere teneantur, procedendum est ut supra. Quod autem de Iudaeis dictum est intelligendum est de Cavorsinis, vel quibuscumque aliis insistentibus usurariae pravitati.

Articulus 5

Quinto quaerebatur de balivis et officialibus vestris, si liceat eis officia vendere vel mutuo ab eis accipere aliquid certum donec tantum recipiant ex officiis.

Ad quod dicendum videtur quod quaestio ista duas difficultates habere videtur: quarum prima est de officiorum venditione. Circa quam considerandum videtur, quod apostolus dicit quod multa licent quae non expediunt. Cum autem balivis et officialibus vestris nihil committatis nisi temporalis officium potestatis, non video quare huiusmodi officia non liceat vobis vendere, dummodo talibus vendatis de quibus possit praesumi quod sint utiles ad talia officia exercenda, et non tanto pretio vendantur officia, quod recuperari non possit sine gravamine vestrorum subditorum. Sed tamen talis venditio expediens non videtur.

Primo quidem quia contingit frequenter quod illi, qui essent magis idonei ad huiusmodi officia exercenda, sunt pauperes, ut emere non possint; et si etiam sunt divites illi qui meliores sunt, talia officia non ambiunt nec inhiant ad lucra

ex officio acquirenda. Sequitur igitur quod ut plurimum illi officia in terra vestra suscipiant, qui sunt peiores, ambitiosi, et pecuniae amatores; quos etiam probabile est subditos vestros opprimere, et vestra etiam commoda non sic fideliter procurare.

Unde magis videtur expediens ut bonos homines et idoneos ad suscipiendum vestra officia eligatis, quos etiam invitos, si necesse fuerit, compellatis: quia per eorum bonitatem et industriam maiora accrescent vobis et subditis vestris, quam de praedicta officiorum venditione acquirere valeatis. Et hoc consilium dedit Moysi eius cognatus. *Provide, inquit, de omni plebe viros sapientes et timentes Deum, in quibus sit charitas et qui oderint avaritiam: et constitue ex eis tribunos, et centuriones, et quinquagenarios, et decanos qui indicent populum omni tempore.*

Secunda vero dubitatio circa hunc articulum esse potest de mutuo. Circa quod dicendum videtur quod si hoc pacto mutuum daret, ut officium accipiant, absque dubio pactum est usurarium, quia pro mutuo accipiunt officii potestatem: unde in hoc datis eis occasionem peccandi, et ipsi etiam tunc tenerentur resignare officio taliter acquisito. Si tamen gratis officia dederitis, et post ab eis mutuum acceperitis, quod de suo officio possint recipere, hoc absque omni peccato fieri potest.

Articulus 6

Sexto quaerebatis, si liceat vobis exactiones facere in vestros subditos Christianos.

In quo considerare debetis quod principes terrarum sunt a Deo instituti non quidem ut propria lucra quaerant sed ut communem populi utilitatem procurent. In reprehensione enim quorundam principum dicitur in Ezech. XXII, 27: *principes eius in medio eius quasi lupi rapaces, positi ad effundendum sanguinem et ad quaerendas animas et avaritiae lucra sequenda.* Et alibi dicitur per quemdam prophetam: *vae pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos. Nonne greges pascuntur a pastoribus? Lac comedebatis, et lanis cooperiebamini; quidquid crassum erat, occidebatis; gregem autem meum non pascebatis.* Unde constituti sunt redditus terrarum principibus, ut ex illis viventes a spoliatione subditorum abstineant. Unde in eodem propheta, domino mandante, dicitur quod *principi erit possessio in Israel, et non depopulabuntur ultra principes populum meum.*

Contingit tamen aliquando quod principes non habent sufficientes redditus ad custodiam terrae et ad alia quae imminent rationabiliter principibus expetenda: et in tali casu iustum est ut subditi exhibeant unde possit communis eorum utilitas procurari. Et inde est quod in aliquibus terris ex antiqua consuetudine domini suis subditis certas collectas imponunt, quae, si non sunt immoderatae, absque peccato exigi possunt, quia secundum apostolum: *nullus militat stipendiis*

suis. Unde princeps, qui militat utilitati communi, potest de communibus vivere, et communia negotia procurare vel per redditus deputatos vel, si huiusmodi desint aut sufficientes non fuerint, per ea quae a singulis colliguntur.

Et similis ratio esse videtur si aliquis casus emergat de novo, in quo oportet plura expendere pro utilitate communi vel pro honesto statu principis conservando, ad quae non sufficiunt redditus proprii vel exactiones consuetae; puta, si hostes terram invadant, vel aliquis similis casus emergat. Tunc enim et praeter solitas exactiones possent licite terrarum principes a suis subditis aliqua exigere pro utilitate communi. Si vero velint exigere ultra id quod est institutum, pro sola libidine habendi aut propter inordinatas et immoderatas expensas, hoc eis omnino non licet. Unde Ioannes Baptista militibus ad se venientibus dixit: *neminem conculcatis, nec calumniam faciatis, sed contenti estote stipendiis vestris*. Sunt enim quasi stipendia principum eorum redditus, quibus debent esse contenti, ut ultra non exigant nisi secundum rationem praedictam et si utilitas est communis.

Articulus 7

Septimo quaerebatis, si officiales vestri absque iuris ordine aliquid a subditis extorserint quod ad manus vestras devenerit, vel forte non, quid circa hoc facere debeatis.

Super quo plana est responsio: quia si ad manus vestras devenerint, debetis restituere vel certis personis, si potestis, vel in pios usus expendere, sive pro utilitate communi, si personas certas non potestis invenire. Si autem ad manus vestras non devenerint, debetis compellere officiales vestros ad consimilem restitutionem, etiam si non fuerint notae vobis aliquae certae personae a quibus exegerint, ne a sua iniustitia commodum reportent; quinimmo sunt a vobis super hoc gravius puniendi, ut ceteri a similibus abstineant in futurum, quia, sicut Salomon dicit, *pestilente flagellato stultus sapientior erit*.

Articulus 8

Ultimo quaeritis, si bonum est ut per provinciam vestram Iudaei signum distinctivum a Christianis deportare cogantur.

Ad quod plana est responsio, et secundum statutum Concilii generalis, Iudaei utriusque sexus in omni Christianorum provincia et in omni tempore aliquo habitu ab aliis populis debent distinguui. Hoc eis etiam in lege eorum mandatur, ut scilicet faciant fimbrias per quatuor angulos palliorum, per quos ab aliis discernantur. Haec sunt, illustris et religiosa domina, quae vestris



quaestionibus ad praesens respondenda occurrunt: in quibus vobis non sic meam sententiam ingero, quin magis suadeam peritiorum sententiam esse tenendam. Valeat dominatio vestra per tempora longiora.



AQUINATE

<http://www.aquinate.net/traduções.html>

São Tomás de Aquino Epistola para a Duquesa de Brabante.

[Tradução de Paulo Faitanin & Fernanda Novarino]

Proêmio

Recebi de Vossa Excelência as cartas, pelas quais compreendi plenamente a piedosa solicitude para com o governo de vossos súditos e a devota predileção que possuíis pelos religiosos da nossa Ordem, dando graças a Deus por ter inspirado em vosso coração tantas sementes de virtudes. Contudo, o que vós me pedisteis nas cartas para responder-vos acerca de algumas perguntas, resultou-me muito difícil fazê-lo: seja por causa das minhas ocupações, nas quais se incluem dar aulas, seja porque me agradaria que, sobre estas questões, pedissem o conselho de outros mais peritos em tais assuntos. Mas porque considerarei inconveniente parecer um ajudante negligente diante da vossa solicitude ou de ingrato diante da vossa predileção, procurei responder vossas perguntas propostas com a presente carta, sem prejuízo a melhores respostas.

Artigo 1

Vossa Excelência perguntou, em primeiro lugar, se vos era lícito impor tributos aos Judeus, durante algum tempo e em que quantidade.

A esta questão se pode responder, de um modo geral, que ainda que seja lícito, segundo as leis jurídicas, que os judeus sejam ou fossem condenados à escravidão perpétua para a penitência de suas culpas e que os senhores feudais pudessem tomar-lhes os bens como seus – do qual se devem servir com moderação, na medida em que nunca lhes subtrair o necessário à subsistência de suas vidas, pois convém que também tratemos honestamente aos que se encontram fora (da Igreja) [1 tes 4,11] para que o nome do Senhor não seja blasfemado [1 Tim 6,1], motivo pelo qual o Apóstolo adverte aos fiéis com seu exemplo e que “não ofendam aos judeus, aos gentios nem a Igreja de Deus” [1 Cor 10, 32ss] –, parece que se deve seguir o costume, tal como determinam as leis jurídicas, de não exigir-lhes trabalhos forçados que não estavam acostumados a fazer no passado, porque aquelas coisas que são mais insólitas costumam perturbar os ânimos dos homens.

Segundo este modo de moderação, vós podeis impor tributos aos judeus segundo o costume dos vossos predecessores, desde que nada se oponha a isso. Parece, porém, do quanto que se pode deduzir das vossas perguntas seguintes, que a vossa dúvida era acerca de que os judeus de vosso ducado nada parecem ter, senão aquilo que adquiriram por vício da usura: por isso, perguntais se não é lícito exigir-lhes algum tributo, como restituição do que, daquele modo, foi adquirido.

Parece, pois, que se deve responder a isto dizendo que, assim como os Judeus não podem reter licitamente aquilo que obtiveram mediante usura, eles também não poderiam reter com eles o que vós deveríeis receber deles e, por maior força de razão, não poderiam reter, se tais bens tivessem sido extorquidos de vós ou de vossos antepassados. Se, porém, tais bens que de fato possuem foram extorquidos de outros, vós deveis restituí-los a quem os judeus deveríam ter restituído: por conseguinte, se forem encontradas algumas pessoas das quais foram extorquidos tais bens, mediante o vício da usura, deveis restituir-lhes, mas se não forem encontradas tais pessoas, vós deveis usá-los em obras de piedade, segundo o conselho do Bispo da diocese ou de outras pessoas honradas ou, também, na utilidade comum da Terra Santa, se houver necessidade iminente, ou em utilidade dos pobres. Não seria ilícito se vós exigísseis de novo tais bens dos judeus, com a intenção de usar-los segundo os referidos usos, observando o costume de vossos predecessores.

Artigo 2

Perguntastes, em segundo lugar, se vós deveis punir com penas pecuniárias ao judeu que pecou, quando nada possua senão por usura.

Parece que se pode responder esta questão, com o que já foi dito, segundo o qual convém castigar-lhe com penas pecuniárias, de tal maneira que não obtenha proveito de sua injustiça. Parece-me, também, que deveria ser punido com maior pena o judeu, ou qualquer outro usurário, do que algum outro, quanto mais, se o diheiro que se lhe tira não lhe pertence de nenhum modo. Pode-se, também, acrescentar-lhe outra pena sobre a pecuniária, para que com uma só pena não pareça suficientemente penado por deixar de possuir os bens que pertencem aos outros. O dinheiro da pena imposta aos usurários não pode reter-se, mas deve ser usado para os fins já ditos, se nada mais possuem que o obtido com usura.

Se dissessem, pois, que seriam prejudicados pelos senhores feudais, impute-se este dano a eles mesmos, porque tais prejuízos provem da negligência deles. Seria melhor que obrigassem aos judeus a trabalhar para ganhar o próprio sustento, como se fazem em algumas regiões da Itália, do que deixá-los

enriquecer só com a usura, enquanto vivem ociosos ou do que deixá-los defraudar seus domínios com os seus próprios interesses. Assim, pois, os príncipes (senhores feudais) são defraudadores por sua culpa em suas próprias rendas, sempre que permitam que os seus súditos enriqueçam só por meio do furto e do latrocínio. Estariam, pois, obrigados a restituir tanto quanto se lhes exigissem.

Artigo 3

Perguntastes, em terceiro lugar, se é lícito aceitar dinheiro ou outro presente quando são oferecidos.

Parece que se deve responder a isto que é lícito aceitá-lo, mas convém que o dinheiro assim recebido seja devolvido a quem é devido ou, de outra maneira, como já se advertiu, que seja gasto segundo aqueles modos, se não possuem nada mais do que obtiveram por usura.

Artigo 4

Em quarto lugar, perguntastes o que se deve fazer com o dinheiro que sobra, quando receberdes do judeu mais do que o exigido dos cristãos.

A resposta é evidente pelo que já foi dito antes. Pode ser por dois motivos que se requeiram menos dos cristãos do que dos judeus: porque, talvez, o judeu possuísse algo antes de praticar o lucro usurário e, em tal caso, vos é permitido que ele o retenha se observada a mencionada moderação; e o mesmo parece que deve ser dito se eles extorquiram com usura àqueles que depois, com boa vontade, foram restituídos pelos judeus que prontamente se ofereçam para restituir o que ganharam com usura; ou porque, talvez, ocorra que aqueles de quem receberam os bens, desapareceram, seja porque morreram ou porque moram em outras terras: e, neste caso, eles mesmos devem restituir os bens. Se, porém, não aparecerem as pessoas às quais deveriam restituir tais bens, deve proceder-se conforme o já mencionado acima. O que é dito a respeito dos judeus deve ser entendido também com relação aos de Cavorse (Cahors), ou a quaisquer que insistam no vício da usura.

Artigo 5

Em quinto vós perguntastes acerca de vossos ministros e oficiais, se seria lícito vender ou emprestar tais cargos e receber deles alguma restituição pelo exercício dos ofícios.

Parece que deve ser dito que esta questão apresenta duas dificuldades: das quais a primeira é acerca da venda dos ofícios. Sobre isso parece que se deve considerar o que o Apóstolo diz que ‘há muitas coisas lícitas, mas que não são convenientes’ (1 Cor 6,12). Ora, como não entregais vossos ministros e oficiais nada por contrato de comodato, mas o poder temporal do ofício, não vejo razão contrária de que vos seja lícito vender tais ofícios, desde que tais vendas sejam feitas àqueles que vós podeis presumir serem úteis aos exercícios de tais ofícios e que tais ofícios não sejam vendidos por um preço que não pudesse ser recuperado, sem agravar os vossos súditos. Mas não parece conveniente tal venda.

Primeiro, porque ocorre frequentemente que aqueles que sejam mais idôneos para exercer ditos cargos de ofícios, são os mais pobres, de modo que estes não podem comprá-los; e se forem ricos aqueles mais capazes para tal, não ambicionam tais ofícios nem o desejam para adquirir lucros mediante tais ofícios. Logo, deduzir-se-ia que frequentemente em vossos domínios assumiriam estes cargos os piores, os ambiciosos e amantes do dinheiro; e é provável que eles não só oprimam vossos súditos, mas que também não cuidem com fidelidade dos vossos assuntos.

Por isso, parece mais conveniente que vós nomeeis para estes cargos homens bons e idôneos, ainda que tenhais que lhes obrigar a aceitar vossos ofícios, se for necessário: porque, em razão da diligência e da bondade deles seria mais proveitoso tanto para vós quanto para os vossos súditos, do que aquilo que vós poderíeis obter com a venda dos referidos ofícios. E foi este conselho que Moisés deu ao seu sogro: “Escolhe – disse – do meio do povo homens capazes, tementes a Deus, seguros, incorruptíveis, e estabelece-os como chefes de mil, chefes de cem, chefes de cinquenta e chefes de dez, eles julgarão o povo em todo tempo” (Ex 18, 21-22).

A segunda dúvida desta questão refere-se ao empréstimo. Sobre isso parece que é preciso responder que, se concedem o empréstimo sob a condição de receber um cargo, sem dúvida o pacto é usurário, porque trocam o poder do cargo pelo empréstimo: e nisso vós dais a eles a ocasião de pecar e eles mesmos também teriam de se demitir de tal ofício adquirido. Se, porém, vós concedeis a eles tal cargo gratuitamente e depois recebeis deles um empréstimo que puderam obter no seu ofício, isto pode ser feito sem nenhum pecado.

Artigo 6

Em sexto lugar perguntastes se vos é lícito impor tributos aos vossos súditos cristãos.

Com relação a isso vós deveis considerar que os príncipes das nações foram instituídos por Deus não para conseguir seu lucro pessoal, mas para procurarem o bem comum do povo. Diz Ezequiel, em repreensão a certos príncipes: “Os chefes, no meio dela, são como lobos que despedaçam a presa, derramando sangue e destruindo vidas, a fim de obterem lucro” (Ez 22,27). E em outro lugar diz o mesmo o profeta: “Ai dos pastores de Israel que se apascentam a si mesmos! Não devem os pastores apascentar o seu rebanho? Vós vos alimentais com leite, vos vestis de lã e sacrificai as ovelhas mais gordas, mas não apascentais o rebanho!”. Por isso foram constituídas as rendas dos senhores feudais, para que os príncipes ao viverem delas, não explorem aos seus súditos. E por isso, o mesmo profeta diz, ordenado pelo Senhor, que: “Tal será a sua propriedade em Israel, para que os meus príncipes não voltem a explorar o meu povo, mas deixem a terra à casa de Israel e às suas tribos” (Ez 45, 8).

Ocorre que às vezes os príncipes não têm o suficiente da renda para defender a terra e para outros assuntos que podem iminentemente aparecer: e em tal caso é justo que os súditos mostrem como podem conseguir para a utilidade comum de todos. E é neste sentido que em alguns países os senhores das terras seguiam um antigo costume de impor tributos aos súditos sobre algumas colheitas, que se forem moderados, podem ser exigidos sem risco de nenhum pecado, porque segundo o Apóstolo: “Quem vai alguma vez à guerra com seus próprios recursos?” (1 Cor 9,7). Por isso, o príncipe que luta pelo bem estar comum, pode viver dos recursos comuns e tratar dos negócios públicos com os bens comuns, seja por meio de impostos ou por meios extraordinários, se faltarem ou forem insuficientes os recursos são recolhidos de cada um.

E a mesma razão serve para os casos de emergência que exijam grandes gastos pro utilidade comum ou pro a conservação da honestidade do príncipe, sempre que não forem suficientes as próprias rendas ou os impostos estabelecidos; por exemplo, no caso de que os inimigos invadam o país ou surja algum caso similar. Desta maneira, nestas circunstâncias, os príncipes das terras podem exigir dos seus súditos, além dos impostos estabelecidos, outros para a utilidade comum. Se exigirem além do que foi instituído, só por causa da sua avareza ou por causa das desordenadas e exorbitantes despesas, neste caso, isto não é de nenhum modo lícito. Por isso, João Batista disse aos soldados que se aproximavam: “A ninguém molesteis com extorsões; não

denuncieis falsamente e contentai-vos com o vosso soldo” (Lc 3,14). Pois as rendas dos príncipes são como os seus soldos, com as quais devem ficar contentes, para que não exijam nada mais além, exceto no caso da utilidade comum, segundo o que foi exposto.

Artigo 7

Em sétimo perguntastes o que deveis fazer se os vossos oficiais extorquirem de vossos súditos, sem nenhum direito, algo que venha a parar em vossas mãos.

Sobre isso a resposta é fácil: porque se chegarem às vossas mãos, deveis restituir à pessoa, se é possível, ou gastá-lo em obras de piedade, ou mesmo pro utilidade comum, se acaso vós não podeis encontrar as pessoas certas. Se não chegarem às vossas mãos, deveis obrigar vossos oficiais à igual devolução, mesmo que não conheçais aquelas pessoas, às quais foram prejudicadas, para que eles não tirem lucro com a sua injustiça; além disso, deveis castigá-los com maior rigor para que outros, no futuro, abstenham-se de fazer o mesmo, porque como diz Salomão: “Golpeia o zombador e o ingênuo torna-se-á sagaz” (Pr 19, 25).

Artigo 8

Por último, perguntastes se é bom obrigar aos judeus em vossa província a levarem um sinal que os distinga dos Cristãos.

A resposta é clara, pois segundo o Estatuto do Conselho Geral (Con. Lateran. IV, cap. 68), os judeus de ambos os sexos, em todas as províncias dos Cristãos e, em qualquer época, devem distinguir-se com alguma vestimenta das demais pessoas. Isso também o determina a própria lei dos judeus (Nm 15, 38), como, por exemplo, adornar sua indumentária com franjas pelos quatro ângulos dos mantos, pelos quais os outros os reconheçam. Estas são, ilustre e religiosa Senhora, as respostas que posso dar às vossas questões no presente momento: com elas não quero impor a vós minha opinião, mas vos aconselho ter em conta as opiniões de pessoas mais peritas no assunto. Siga bem vosso domínio por longos anos.